**Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg**

NÜRNBERG

## Bibliographische Daten

Titel: Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur: Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Quirinus

Quirinus Romanus tribunus sub hac persecutione
post lingue abscisionem et manuum ac pedum
pro Christo detruncationem in via Rome que nunc dicitur Appia
agonem martiry 3 kal aprilis gladio consumavit
Theodora quoque virgo hermetis martiris soror his tempo
ribus ab Aureliano martirium intrepide sustinuit
Valentinus romanus presbiter hisdem temporibus multum sanctitate
ac doctrina insignis a Claudio imperatore captus interrogatus
de diis eorum et Jove mercurio et aliis, cum se eos homines fuisse
dixit, Asterii filiam illuminavit quam ad omnem domo sua cum plurimis christianos
efficeret. Tandem iubente imperatore diutissime fustibus
ceditur, ad ultimum vero caput truncatur et 16 kalendas
marcii sepelitur :— Cyrilla quoque decii imperatoris
filia christianissima hac gladio iugulata historie tradunt quinto kl novembris :

Valentinus

Nonam persecutionem ecclesie Aurelianus imperator movit in christianos nonus a Nerone, sed ei malis consiliis subordinatis ea re ad provinciarum presides litteras missis divino iudicio de celo tonitrus terribiliter occubuit :—

Gebennam clarissimam Allobrogum seu Sabaudiensium civitatem Aurelianus augustus in Gallys hoc anno condere fecit. Et ex suo nomine ipsam Aurelianam appellari voluit. Cum ei Gallia provincia per annos xx et eo amplius ob seviciam et ignaviam Valeriani et Galieni imperatorum a fide populi romani se subtraxisset virtute Aureliani Cesaris recuperantur. Hec quippe civitas helvetiorum finibus proxima est et lacu lemano sive Lusanno abluitur. Ex quo quidem lacu Rhodanus fluvius profluit: Super quem pons ligneus celeberrimus situs est. Hec itaque civitas nunc pre magnitudine pulchritudineque ac civium frequentia totius Allobrogum sive Sabaudiensium provincie Emporium esse videtur: Ad quam propter frequentes nundinas innumerabiles deferuntur divicie. Hec quidem quondam comitibus Gebennensibus subiecta fuit. Sed processu temporis Sabaudie duci dominio paruit et nunce subest. In qua plurimi claruere viri, de quorum numero maximus quidam confessor fuit, Amianus urbis episcopus, viri sanctitate et doctrina precipui: Ac letus presbiter in divinis scripturis nobiliter eruditus et alii multi. Hec autem urbs ab imo surgit ad collem prospectu amplissima, habetque vineta uberrima; ~~[illegible] admodum magne~~ Est quoque in ea sedes episcopalis Apud eandem urbem Amodeus primus Sabaudie dux, eius gentis dominium primogenito suo tradidit ecclesiasticas cerimonias et orandi morem didicit ad basileam perrexit, ubi generale fuit galiu pro more summus romane ecclesie presul coronatus est, de quo inferius patebit :—